Approbatio duorum Theologorum.

SUb arbore malo ſuſcitavi te, ait ad Sponſam Sponſus cant. 8. Et ecce arboretum plantavit A. V. P. Martinus Cochemenſis, cui tot plantas & arbores, quot pias preces piaque ſuſpiria inſeruit, quibus pigritantem animam ad devotionem ſuſcitet. Hujus arboreti fructus quisque deguſtare valet absque periculo ſpiritualis nocumenti. Ita judico & cenſeo, qui Libellum hunc juſſu R. P. Vic. Provincialis Ordinis noſtri attentè perlegi, Spiræ 2. Jan. 1681.

F. Benignus Lohravus Cap. Guard. Theologiæ Exlector.

DE mandato R. P. Barnabæ Aſchaffenb. F. F. Capuc. Vic. Provincialis libellum hunc intitulatum der groſſe Baum-Garten, ab A. V. P. Martino Cochemenſe Capucino conſcriptum perlegi, piiſſimis precibus affectuoſiſſimisque ſuſpiriis refertum, nilque in eo à fide Catholica bonisque moribus alienum, adeoque dignum ad multorum ſpiritualem profectum cenſeo, ut typis mandetur. Datum Wagheuſelii 30. Jan. 1681.

F. Raphael Urtzichius SS. Theol. Lector.

Facultas Cenſoris Ordinarii.

PRæſens Libellus, intitulatus, der groſſe Baum-Garten, affectuoſiſſimas continet preces, nec aliquid continet, quod ſano ſenſu intellectum, fidei Catholicæ aut bonis moribus adverſetur. Ac proinde dignum cenſeo, qui pro ſpirituali multorum bono in lucem prodeat. Moguntiæ. 13. Julii 1681.

Quirinus Kunckel J. U. D. SS. Theol. Baccalaureus, Conſil. Eccleſ. & Librorum Cenſor.

AP-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

APPROBATIO
DUORUM THEOLOGORUM.

INfrà ſcripti deguſtavimus fructus Spiritualis Arboreti plantati ab Adm. V. P. Martino Cochemenſe, Ordinis Fratrum Capucinorum Prædicatore & Jubilario, nec in eo Toxicum aliquod maleſanæ Fidei, neque guſtum malorum morum delibavimus, adeóque cenſemus hunc librum piis affectibus, & affectuoſis precibus refertum, non ſolùm dignum, qui omnium devotorum manibus aſſiduè teratur, ſed etiam, utpote nunc denuo à pluribus mendis, juſſu Reverendæ Definitionis noſtræ depuratum, ſtudioſè recommendamus, Moguntiæ 1. Auguſti 1709.

F. Benignus Lohranus Capucinus, SS. Theologiæ Lector Emeritus, & p. t. Convent. Mog. Vicarius.

F. Ignatius Cochemenſ. Ss. Theologiæ Lector Cap. J.

Facultas Cenſoris Ordinarii.

SPirituale hoc Arboretum Adm. V. P. Martini Cochem. PP. Capucinorum Prædicat. & Jubilarii, à duobus ejusdem Sac. Ordinis Theologis approbatum, & ſuo merito recommendatum, poterit utiliter imprimi. Dabam Moguntiæ 1. Aug. 1709.

J. Gregorius Kirſch, SS. Theolog. Lic. Eminentiſſ. Principis Elect. Archi-Epiſcopi Mogunt. Conſil. Eccleſiaſt. Librorum Cenſor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf